

Imperfecto homil. 15. *Qua collocat thesauros in terra, non habet, quid speret in caelo. Ut quid enim aspiciat caelum, ubi nihil repositum habet. Homo in omnibus suis actionibus ducitur intuitu proprii commodi, ac emolumenti; si ergo thesaurizat in terra, cum omnia ibi retineat, nihil cogitabit de caelo, sed omnes sui sensus erunt in terra depressi. Secundo ideo Chrysostomus citato loco. Qui congregat in caelo, dupliciter iustitiam facit. Primo, quia bene facit. In thesauro terreno nil lucraris; at si in caelesti reponis, duplicatum habes. Pergit Chrysostomus. Qui thesaurizat in caelo, ipsa concupiscentia spiritalis facit eum sollicitum, non solum ut non perdat, qua habet, sed ut adhuc auget super id, quod habet. Vide, quantum distat thesaurus caelestis a terreno: nam tuum desiderium in thesauro terreno nihil addit; at in caelesti multiplicat opes; quia desiderium habendi, meritum est, ut habeas, & Deus ipsam tuam voluntatem pro magno merito appetiat.*

65. Tercio, D. Petrus Chrysologus serm. 8. *Misericordia, & pietas, jejuniis sunt alia, per quas tollitur, & portatur ad caelum sine quibus facit, & voluntatur in terra. Jejunium sine misericordia non est virtus, sed hypocrisis, dicente Domino: Cum jejunatis, &c. Qui non jejunit pauperi, Deo fingit: qui jejunit, prandium suum non erogat pauperi, sed deponit, cupiditati probatur jejuna-re, non Christo. Jejunandum est, non ad evitandos pecuniae sumptus, ut in thesauro reponas, sed ut des pauperi, ac in caelo deponas: praecleara enim est virtus, si tuo cibo defraudes, ut pauperi largiaris. Imo hoc est Regi valde illustre, si parca mensa utatur, ut milites, ac clientes suos alat, & subditos tributis non fatiget. Divitias habes, non ut possideas, sed ut aliis distribuas.*

66. Quarto, D. Chrysologus serm. 7. *Theaurum, ait, qui non abscondit, prodit virtutes: sicut proditores suos deserunt; sic suos insunt custodire custodes. Et post pauca subdit: Qui ergo inter tinea, rubiginem, fures sua ponit; exponit, qua sua sunt, non reponit. Perluadebat Dominus, ne in conspectu hominum nostra opera fierent; modo subdit: Nolite thesaurizare, &c. Pretiosa, non inter latrones, sed in loco tuto reponenda, ut immunia ab eis, ac libera sint. Quae ergo opera ante hominum oculos sunt, in latronum conspectu ponuntur, ut ab eis depopulentur. Repone igitur ea in caelesti thesauro ante conspectum aeterni Parentis, ubi omnia tua sunt salva.*

67. Quinto, Rupertus Abbas hoc loco. *Causa ista caelestis est, & proinde qui hanc habet, recte in caelo thesaurizare dicitur, nimirum tuo in loco, quia fures ibi non effodiunt, nec furantur. Qui in caelo omnia sua thesaurizat, & ut caelesti Parenti placeat, sic operatur, omnia sua salva sunt, & in tuto, ac securo loco posita. Quae vero in hominum oculis, ac manibus reponuntur, omnia perditioni exposita manent. Ait Paulus ad Colossens. 3. num. 1. *Qua sursum sunt, quaerite, ubi Christus est.* Non solum nos exhortatur Apostolus, ut superiora quaeramus, sed insuper apposuit ubi Christus est. Non fat est, superna affectare, ad quid insuper addit, ubi Christus est. Quia omnia bona, quantumvis illustria, perditioni sunt subiecta, nisi ea intentione fiant, ut po-*

Homo ducitur suo com modo.

Qui congregat in caelo, bene facit.

Desiderium habendi caelestia, meritum.

Pietas & misericordia, jejuniis alia.

Gloriosum Regi, parca uti, ut aliis largiatur.

Idem.

Virtutes abscondenda.

Rupertus.

De nostra secura sint, in Christi manibus reponantur.

Coloss. 3.

Ubi Christus, omnia secura.

nantur ubi Christus est. Quantumvis sublimis sit locus, utpote Paradisus, cuncta inimicis, ac furibus sunt obnoxia, nisi sub Christo ponantur, quo custode nullus patet aditus, latrunculis, ac insidiatoribus. D. Chrysologus serm. 23. *Quod habes, in caelo cogis collocare. Rogo, crede Deo tuo, qui seruo credis: & magis Deo, quam homini commenda, ut tali custode dormias tu securus; quia ubi ille est, ibi locus nullus est furis.*

Ait sponsa; *Invenerunt me custodes, qui circumveniunt civitatem; percusserunt me, vulneraverunt me; tulerunt pallium mihi custodes muros. Cantic. 5. num. 7. Sed quomodo anima sancta gressibus sanctis deambulans, Deum quaerens, in latrones, ac percussores, totque mala incidit? Ex eo sine dubio tot incommodis est affecta, quia suum dilectum exquirebat per plateas, ac loca publica; si enim affectaret, ipsum in lectulo, ac secreto suo tenere, non fures, non adversarios inveniret, sed cuncta sua ab omni essent damno tuta, D. Paschasius lib. 2. in Threnos. lit. Lamed. *Qua profecto, ait, si sponsa fuerit intus amplexibus, foris vulnerata non esset. Sed qui longius plateas hujus saeculi requiritur pervagando una cum prodigo ex Evangelio filio, universis expoliantur bonis.**

Clamat homo apud Isaiam 21. num. 11. *Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? Dixit custos: Si quaeritis, quaerite, convertimini, & venite. Sed dum homo ad Deum clamat, cur ipsum non appellat Deum, Dominum, Creatorem, sed custodem dicit? Nomen enim Dei, vel creatoris infinitam importat excellentiam. Custodis autem appellatio analogica est ad Deum, ac creaturas. Cur ergo illis ommissis, custodem vocat? Agebatur ibi de quaerente Deum studioso, ut ait D. Hieronymus, & de se convertente in toto corde, ut explicat Divus Thomas. Aflatu ergo Spiritus sancti custos appellatur, quia erga talem superna Dei majestas non solum habet nomen commune, ut Deus, Dominus, ac Creator vocetur, sed etiam ut custos censetur, ut omnia quaerentis ipsum ab omni perditione, ac interitu custodiat, ac tueatur. Richardus de S. Victore lib. 2. de Emanuele, cap. 21. *Creatura loquitur creatori suo. Cur igitur, creatorem invocando, non dicit, Creator, Creator? Quis, inquam, hoc audit, vel a quo? Dominus a ser-vo. Cur ergo ei non dicitur: Domine, Domine? Certe quod eum creatorem, Deum, Dominum habebant, commune cum omnibus erat. Sed quod latam perditionis viam cum ceteris non incedebant; eis pro ceteris ex custodia Emmanuelis erat.**

68. Cant. 5. num. 7. Sed quomodo anima sancta gressibus sanctis deambulans, Deum quaerens, in latrones, ac percussores, totque mala incidit? Ex eo sine dubio tot incommodis est affecta, quia suum dilectum exquirebat per plateas, ac loca publica; si enim affectaret, ipsum in lectulo, ac secreto suo tenere, non fures, non adversarios inveniret, sed cuncta sua ab omni essent damno tuta, D. Paschasius lib. 2. in Threnos. lit. Lamed. *Qua profecto, ait, si sponsa fuerit intus amplexibus, foris vulnerata non esset. Sed qui longius plateas hujus saeculi requiritur pervagando una cum prodigo ex Evangelio filio, universis expoliantur bonis.*

69. Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? Dixit custos: Si quaeritis, quaerite, convertimini, & venite. Sed dum homo ad Deum clamat, cur ipsum non appellat Deum, Dominum, Creatorem, sed custodem dicit? Nomen enim Dei, vel creatoris infinitam importat excellentiam. Custodis autem appellatio analogica est ad Deum, ac creaturas. Cur ergo illis ommissis, custodem vocat? Agebatur ibi de quaerente Deum studioso, ut ait D. Hieronymus, & de se convertente in toto corde, ut explicat Divus Thomas. Aflatu ergo Spiritus sancti custos appellatur, quia erga talem superna Dei majestas non solum habet nomen commune, ut Deus, Dominus, ac Creator vocetur, sed etiam ut custos censetur, ut omnia quaerentis ipsum ab omni perditione, ac interitu custodiat, ac tueatur. Richardus de S. Victore lib. 2. de Emanuele, cap. 21. *Creatura loquitur creatori suo. Cur igitur, creatorem invocando, non dicit, Creator, Creator? Quis, inquam, hoc audit, vel a quo? Dominus a ser-vo. Cur ergo ei non dicitur: Domine, Domine? Certe quod eum creatorem, Deum, Dominum habebant, commune cum omnibus erat. Sed quod latam perditionis viam cum ceteris non incedebant; eis pro ceteris ex custodia Emmanuelis erat.*

70. *Quare Christus praecipiat in Evangelio, non thesaurizare in terra, cum Ecclesia doceat, nos esse terram?*

Cum Christus praecipiat in Evangelio, non thesaurizare in terra; & tamen Ecclesia in die cinerum aperte clamat, nos esse terram, in terramque transmutandos: Pulvis es, & in pulverem reverteris; quomodo haec Ecclesiae verba coherent cum Christi doctrina? nullum enim effi-

QUESTIO XII.

Quare Christus praecipiat, non thesaurizare in terra, cum Ecclesia doceat, nos esse terram?

Cum Christus praecipiat in Evangelio, non thesaurizare in terra; & tamen Ecclesia in die cinerum aperte clamat, nos esse terram, in terramque transmutandos: Pulvis es, & in pulverem reverteris; quomodo haec Ecclesiae verba coherent cum Christi doctrina? nullum enim effi-

cius videtur posse excipitari motum ad excitandos homines, ut thesauros suos in terra recondant, quam eis aperire, quod terra sint, in terramque abiturum. In quo enim melius potest homo thesaurum suum abscondere, quam in se ipso, ac in illo, in quod ipse est transmutandus, ac definendus.

71. Respondeo primo, quod optime Ecclesia, ut nos adhortetur ad Christi doctrinam, ne thesauros ponamus in terra, docet nos esse terram: a nullo enim magis homo cavere debet, quam a seipso; nulli minus convenit fidere, quam sibi ipsi: hominis enim maximus inimicus est ipse homo. Secundo, Pulvis es, & in pulverem revertendus. Noli ergo thesaurizare in terra, sed in caelo, ut ab ipsa terrena miseria liber exas, & ad caelum transeas; Magna est etiam prudentia, ac ingenij sagacitas, quod ille, qui ex se humilitatem abjectionemque importat: non semper attendat ad suam utilitatem, ac parvitatem, sed aliquando etiam oculos coniciat ad magnitudinem, & sublimitatem, ad quam ascendere valet ut suam ita possit eum meliori sorte contemptibilem conditionem commutare.

72. Ait Regius Vates Psal. 76. num. 5. *Anticipaverunt vigilias oculi mei, turbatus sum, & non sum locutus; cogitavi dies antiquos, & annos aeternos in mente habui, Seu, ut habet D. August. Memor fui annorum aeternorum. David multitudine, ac varietate negotiorum regni premebatur; inter haec tamen non est turbatus, neque locutus, quod ipse esset quasi tenerimus ligni vermiculus. 2. Reg. 23. n. 8. Nec item, quod cum esset unus homo fragilis, ac terrenus, tot, ac tantis curis anxiam non poterat, ut dixit Moyses: Non os sum solus sustinere omnem hunc populum, quia gravis est mihi, Num. 11. n. 14. At David nihil horum dixit: Et non sum locutus. Tanquam magnanimus mentem non deficit ad suam terrenam, & parvam conditionem, sed ad magnitudinem caelestis aeternitatis, quam consequi poterat. Non loquitur de sua exiguitate, sed tantum cogitat celsitudinem in caelo paratam, ut suos ibi thesauros reponat. Brunonius. *Turbatus sum sicut homo, & non sum locutus, & annos aeternos in mente habui; quia sicut isti dies, in quibus sumus momento pereunt; sic futuri dies, & anni in caelo pereunt longaevoitate constituti, in illis mors dominatur, in istis vita regnat perpetua.**

73. Homo in Dei obsequio, ac famulatu ne sit fracti, abjectique animi, sed magna, & alta concipiat. Prodigus ille, ut veniam a Patre impetraret, longa dispositione praeparatur. Dixit enim, surgam. Ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in caelum, & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis, Luc. 16. n. 18. At latro uno verbo delictorum absolutionem habet. Domine, memento mei, dum veneris in regnum tuum, Luc. 23. n. 42. Prodigus ille tot habet verba, tantaque dispositiones praemittit, ut surgat, veniat per longum iter ad patrem, fateatur se peccasse, ac indignum tanti parentis se agnoscat filium; at latro paucis verbis totum Deum ad se benevolum inclinat. Prodigus abjecti erat animi, ut solum exposculetur, inter mercenarios computari: Fac me sicut unum de mercenariis, Quod perbellè notavit Gillib. Abbas serm. 3. Cant. *Modeste quidem, ait, pro meritis; sed de paterna miserationis copia, humiliter nimis; & injuriose sentiens; verè famelicus dans in hoc animi*

74. *Quare Christus in Evangelio, mentem ad caelum erigere mandat, cum Ecclesia nos exhortetur, de terra, & pulvere meminisse.*

At Dominus in Evangelio, quod thesaurizemus in caelo. Per quod denotat sapientissimus Magister, se ordinare omnes nostros sensus, & actiones ad caelum esse erigendos, ac sublevandos, ut de ipsis caelestibus cogitemus, nostrasque ibi mentes dehas habeamus; ut jam supra dixi q. 11. Et ita ait Chrysost. in Imperfect. hom. 15. *Qui thesaurizat in caelo, spem habet in Deo, semper, quae Dei sunt, cogitat, & meditat, & non qua terra. Quomodo ergo Ecclesia nos exhortatur in die cinerum ad memoriam nostri pulveris, & terrae: Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Et ita videtur, quod Ecclesia vult quod nostra memoria non evolet ad caelum, sed in terreno pulvere inhareat.*

75. Respondeo tamen, quod nullum est efficacius medium, ut mens nostra erigatur ad caelum, quam hominem recordari, se esse pulverem, & in pulverem revertendum: ubi primum enim haec cogitatio mentem subjerit, statim ab eo caderet omnis aestimatio rerum temporalium, ut solum caelestia appetierentur, ac magni habeantur. Postquam Pharaon multis plagis extitit vexatus, ait, Deus Moysi: *Adhuc una plaga tangam Pharaonem, & post haec dimitte vos, & exire compellet, media nocte egrediar Aegyptum, & morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum. Exod. 11. num. 11.*

Gillibertus.

Sylveira in Evang. Tom. 11.

inducium, & inedia confecti. At latro generoso spiritu animatus regnum affectat: In regnum, saepe magnanimus promptissime obtinet, quod exilis animus, ac macilentia spes non audeat concipere. Qui enim in minutis moratur, nescit volitare ad alta.

74. *Quia oportet eum ire Jerusalem, & multa pati a senioribus, & Scribis, & occidi, ac tertia die resurgere, Matth. 16. num. 21. Audiens hoc Petrus, ait: Absit a te, Domine, non erit tibi hoc. Quod videns Christus, nimis asperè fatuit Petro dicens: Vade post me Satana, scandalum es mihi. Omnibus facit quaestionem, cur Dominus Petrum tam rigorose objurgatur, ut ei dicat: Vade post me Satana, scandalum es mihi. Duo dixerat Christus, se à Scribis esse occidendum; & à mortuis resurrectionem. Et tamen Petrus, non ad resurrectionis gloriam, sed tantum ad mortis opprobrium oculos conicit. Et qui solum miserias mente apprehendit, ut in eis considerandis inhareat; & ad glorias, & respicendos, ut sua eos involvat cogitatione, nescit advertere, durissime à Christo increpatur, ut Satanas, & scandalum dicatur. D. Hieron. epist. 1. 51. ad Algasiam quaest. 3. *Humano quippe, ait, timore perterritus passionem Domini formidabat. Et quomodo audiens, multa pati, & occidi timebat: sic audiens, & tertia die resurget, gaudere debebat, & tristitiam passionis resurrectionis gloria mitigaret.**

QUESTIO XIII.

Quare Christus in Evangelio, mentem ad caelum erigere mandat, cum Ecclesia nos exhortetur, de terra, & pulvere meminisse.

76. Respondeo tamen, quod nullum est efficacius medium, ut mens nostra erigatur ad caelum, quam hominem recordari, se esse pulverem, & in pulverem revertendum: ubi primum enim haec cogitatio mentem subjerit, statim ab eo caderet omnis aestimatio rerum temporalium, ut solum caelestia appetierentur, ac magni habeantur. Postquam Pharaon multis plagis extitit vexatus, ait, Deus Moysi: *Adhuc una plaga tangam Pharaonem, & post haec dimitte vos, & exire compellet, media nocte egrediar Aegyptum, & morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum. Exod. 11. num. 11.*

76. *Memoria mortis animam ad caelum maxime elevat.*

num. 1. Sed cur infinita Dei sapientia disponit, quod quando Populus exit de Aegypto ad Terram promissionis, tantus plandus pro interemptis abundet in univërfa terra, tot mortuorum cadavera ante oculos obijciantur? Optimè sanè, solà enim memoria mortis ante conspectum apposità potest egredi à captivitate Pharaonis, & haberi transitus ad cœlestem Jerusalem; ad æternam quippe beatitudinem memoria mortis maxime disponitur homo. Albert. Magnus serm. 74. Qui se credunt quodidie mortuos, cerè tales dignos se efficiunt, ut ad Christi nuptias introire mereantur, quicumque enim mortis sua efficaciter recordamur, student esse patientes, continentes, & obediētes.

Mortis recordatione transitur ad cœlum.

Albert. Mag.

77.

Magnum omnium rerum temporalium contemptum parit mors ante oculos visa. Et ab ipso egressu filiorum Israël ne discedamus, Interfectis primogenitis Aegyptiorum, urgebant Aegyptij Populum de terra exire velociter, Exod. 11. n. 33. seu, ut habent Septuaginta, cogebant. Pagninus, vim fecit Aegyptus. Et notandum, quod Dominus dedit gratiam filiis Israël coram Aegyptiis, ut eis accommodarent omnia bona. Hujusmodi bonorum spoliatio, aut facta est ante mortem. Primogenitorum, ut vult D. August. 9. 45. in Exod. aut post illam, ut sentit D. Chrysof. in Psa. 135. Sed quomodo Aegyptij urgebant exire homines à quibus videbant omnia sua asportari, & se expoliatos agnoscebant? Cur eos non detinent, ut prius accommodata restituant? Dicitur Num. 33. num. 3. Profici sunt de Ramesse filij Israël in manu excelsa, videntibus cunctis Aegyptiis, & sepelientibus primogenitos. Inspecta suorum filiorum morte, ita omnia bona temporalia viluerunt apud Aegyptios, ut minime reluctaverint, quod filij Israël, illis omnibus asportatis, exirent. Frequentissime mors temporalium contemptum ingerit. Ita ait D. Hieronym. in epist. ad Paulinum, Facile contemnit omnia qui se cogitat moriturum.

Exod. 11. Septuag. Pagnin.

August. Chrysof.

Num. 33. Mortis memoria parit rerum contemptum. Hieron.

Hieron.

Matth. 6. n. 2. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.

Ibid. num. 3. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt.

VERSIONES.

Syriacus, Vatablus, Pagninus. Lucerna corporis est oculus. Si oculus tuus igitur fuerit simplex, Si oculus tuus fuerit malus.

ALTER TEXTUS.

Luce 11. n. 34. Idem habet.

EXPOSITIO.



UMPTA metaphora ab oculo corporeo, explicat Dominus suam admirabilem doctrinam. Nam si oculus corporeus fuerit simplex absque admixtione alicujus humoris, aut qualitatis impediētis visum, totum corpus erit lucidum, quia omnia corporalia officia erunt lucida, itaut ab ipso operante; corporalis oculi beneficio agnoscantur; videt enim talis quid agit, quod tendit, quid comedit, aut bibit. At si oculus est nequam, id est, malè affectus, vitiolo humore imbutus, totum corpus tuum tenebrosum, erit; quia cum careas illustratione, ac directione oculi, univërfa officia non clarè exerces; sed operaris, sicut existentes in tenebris, qui se non vident. Si ergo lumen, quod in te est, hoc est, si lux oculorum, quæ in te esse debebat, tenebræ sunt, commutata est in tenebras. Ipsa tenebra quantæ erunt. Quanta in te erit tenebrarum confusio, cum lumine careas. Et ita ait hic D. Hilarius. Quanta, necesse est, ipsarum in te tenebras esse tenebrarum. Per oculum autem parabolice intelligit intellectum, ut ait Chrysof. 21. A corporalibus illud addisce, Quod enim oculus corpori, hoc intellectus est anima. Sicut ergo oculus dirigit corpus; sic intellectus, secundum suum dictamen prædicat, animum gubernat. Si ergo lumen intellectus fuerit in te tenebrosum, considera, quantæ tenebræ errorum, ac falsitatum in te erunt.

78.

Hilar.

Chrysof.

79.

Oculus dirigit corpus tanquàm suum proprium.

Abulens.

Oculus videt ad suum corpus utilitatem.

Hugo Intellectus sit purus & simplex ad

Hieron.

QUÆSTIO XIV.

Quare Dominus post traditam doctrinam agit de puritate oculorum:



Uæ sunt in hac materia sententiæ celebres. Prima, per oculum interpretatur intentionem operis; secunda verò intellectum, ut latius explicabo quæstione sequenti. Ideo præsentis textus connexio in utraque sententia est enucleanda cum antecedentibus verbis: Ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

80.

Prima

81. Prima sententia per oculum hic intelligit intentionem operis. Et rectè, postquam Dominus egit de operibus justitiæ, scilicet Eleemosynæ, Orationis, Jejunij, commendat rectitudinem intentionis, quæ debet esse ad unum, & ideo ponit exemplum in singulari: Sicut oculus tuus. Intentio igitur ne tendat partim in mundum, partim in Deum, sed tota feratur in Creatorem. Et ideo ipsa intentio, ut ait Albertus Magnus, dicitur si plex: Si oculus tuus fuerit simplex, quia non debet habere partes, ut secundum quid propter Deum sit, & secundum quid propter vanam gloriam, ac lucrum, ut ait Hugo. Et statim post data documenta virtutum, Dominus commendat intentionem, quia ab illa omnis operatio suam habet perfectionem, atque valorem, & sine bona intentione perfectum virtutum opus non datur.

Intentio operis una sit tota in summo Creatorem intendens.

Alb. Mag.

Hugo.

82. Secunda sententia, quam, ut probabilior, secutus sum, per oculum, intellectum interpretatur. Sed quid habet oculus, seu intellectus cum thesauro? Ut postquam Dominus tradiderit doctrinam de non thesaurizando in terra, statim ingerat remonem de puritate oculorum? Quia si oculus, sit à thesauris liber, purus, & lucidus est; verò ad illos propensus, & inclinatus maxime ab illis obnubilatur, & obscuratur, ne videat. Theophylact. Hoc dicit, scilicet Dominus, quod si ad terrenum opum sollicitudinem, eximisti lucernam, obtenebrasti tuam animam.

Intellectus terrenis actibus totum hominem redit terrenum. & tenebrosum.

Theophyl.

83.

1. Reg. 3.

Damian.

Arelatenfis.

Eccel. 16. Temporalia mentem excitant.

84.

Num. 24.

Vatablus. Lorin.

Propensio ad avaritiam, & pecunias obacant.

cultarem affect Lorinus. Illa valde optima ad præsens institutum, quod quando Rex vocavit Balaam, dicitur: Perrexerunt seniores Moab, & majores natu Madian, habentes divinationis pretium in manibus, Num. 22. num. 7. Dum Propheeta ille, à terrenis exiens; mentem ad Deum elevabat, bonas visiones habebat. At verò prout cogitationes suas submittebat in munera, ac in promissa defigebat, obscurabantur oculi ejus. Rupertus in Num. cap. 21. Duo prædicta, ejus obturatus est oculus, & qui visionem omnipotentis intuitus est, contraria, vel repugnantia sibi videtur. Nunc autem planum intellectu sit, quia per prophetiam quidem scientiam audior sermonum Dei est, & visionem omnipotentis intuitus est, sed per avaritiam cor cacum habet, & in cupiditatem quidem cadit.

Num. 22.

Rupert.

QUÆSTIO XV.

Quid significetur hoc loco per oculum?

DVA graves sententiæ sunt in hac materia. Prima per oculum accipit intentionem. Ita D. Augustinus 1. b. 2. de serm. Dom. in monte. D. Gregorius Magnus lib. 28. Moral. cap. 4. D. Paschasius lib. 4. in Math. B. da Rupertus, Albertus Magnus Hugo, & alij. Nam intentio, veluti oculus, ac lucerna, regit, & gubernat actionem in finem. Et si ipsa intentio fuerit bona, & simplex, facit totum corpus lucidum, nempe omnem congeriem actionum reddit bonam, & integram. Si autem ipsa intentio fuerit mala, actiones etiam thunt malæ, atque iniquæ. Et quamvis Dominus in superioribus hic usque egerit de recta intentione in elemosyna, Oratione, ac Jejunio; iterum eam hic maxime commendat, ac inculcat, tanquam quid maxime necessarium; quia ab illa omnes nostræ actiones informantur, ut bonæ, vel malæ sint.

85. August. Gregor. Paschas. Beda. Rupert. Albert. Mag. Hugo.

Bona intentio totum opus nobilitat.

86.

Secunda sententia, & mihi probabilior, quam secutus sum in expositione, docet per oculum interpretandum esse intellectum. Ita D. Chrysof. 21. in In. 6. homil. 15. Euthymius, Theophylactus, D. Thomas, Cajetanus, Jansenius, Tolotus in cap. 11 Luc. annot. 79. M. I. donatus, Beaulxames, Cornelius à Lapide, & alij. Et ita germana explicatio est: Si mens est sana, & pura, sine ullo errore, ac vitio, etiam exteriora opera sunt bona, & secundum rectam dictamen, ac legem Dei facta. Ita ait Chrysof. Sicut enim postquam corpore oculorum lumen extinctum est, pleræque membra suo usu, ac officio carent, lumine ipsi extincto; ita etiam mente cacata, innumeris prorsus malis vita nostra cumulat. Unde merito ait idem Chrysof. 18. in Genesim, quod vera intelligentia, virtus est schola. Origenes, ac Hugo per septem columnas, super quas ædificatur domus Sapientiæ, Proverb. 10. num. 1. accipiunt septem liberales scientias Intellectus, quibus ipse maxime perficitur, & expolitur. In hac autem sententia illud maxime notandum, quod post datam doctrinam de operibus, Justitiæ, scilicet Eleemosynæ, Orationis, & Jejunij, statim Dominus nobis maxime commendat puram, & simplicem Intellectus

Chrysof. Euthym. Theophyl. D. Thom. Cajetan. Jansenius. Tolot. Maldonatus. Beaulxam. Correl. Chrysof.

Vera intelligentia est schola virtutis. Prov. 10. Origen. Hugo.